



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Constantinvs Ex Ivdæo Christianvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

bitur in tabernaculo. Cæterum tam rara in milite castimonia singularem à numine merebatur cū stodelam. Hæc innocentiae nempe merces est.

## S. CONSTANTINVS EX IVDÆO CHRISTIA.

N V S.

**H**Vic .: Synnada parria fuit, cuius parentes vmboram legis coluere, nam Iudæi erant religione. Admodum adolescens cum matrem fortè ( nescio quò euntem ) seueretur, vedit hominē Christianum, qui dum in terræ scrobem quandam prolabetur, signum crucis ori imprimebat, cuius puer secutus exemplum, & ipse deinceps crucem subinde efformabat, sacraq; tandem Christiana amplexus ardenti fide prosecutus est, vnde vultus illi mirum in modum radiare, & ipse diuinitus mysteria religionis edoceri cœpit, multosque dies absque alimento corporis ullo traduxit. Cum puella illum Hebræa ( pudoris extorquendi causa) inuaderet, illam signo crucis repente exanimauit, rursumque postea in vitam reuocauit. Nube porro quadam diuina quasi ducente ad animarum curandarum officiam seu cœnobium, quod Phubutium appellat.

Synnada.  
Iudæ quo-  
que serua-  
tus à demo-  
nū incur-  
sione & ad  
Christum  
conversus.  
Greg. lib. 3.  
cap. 7.

pellabant, venit, in quo clarissimorum virorum virtus enitebat, qui disciplinam vitae religiosæ excolebant. Hic cum praefecto monasterii statum vitæ exponeret, iubet ille proferri crucem, & ab eo salutari: cuius cum beatus iste pedem osculo libaret, tota fronte & bracchiis veneranda crux sese in sanctum pueri verticem submittens characterem crucis capiti indelebilem impressit, quem per omnem postea vitam seruavit. Dignus ergo baptismatis gratiâ iudicatus, sacris Christianis est initiatus, & Constantinus dictus. Quod dein loco ex baptisterio est egressus, impressa pedibus vestigia reliquit. Exuitur inde ad sacram palestram athleta Christi, conaturque omnes *Scenopeg⁹.* vitæ asperitate superare. S. quoq; Pauli artificium exercet.

Quando porro ad Deum preces fudit, totus ille locus gratissimi odoris fragantia perfundebatur. Templifores nullo aperiente, sponte illi patuere, fratrum omnium cogitationes, propter singularem animi puritatem perspiciebat. Venit deinde ad Olympum montem, inde in Cyprum, & Ataliam flumen nauigabile pedibus traiecit, multasque alias obiit oras, rediitq; postremo ad Olympum. Dies quadragintita to-

tos

tos non ieunus solum, scrobe etiam vmbilico tenus defossus transegit. Hinc sacerdotis dignitate quamvis multum obnittens est ornatus. In hoc certaminum stadio versatus annis octo, prius quam obiret, vitæ exitum suæ declarauit, quibus tandem elapsis cum prius totius vitæ rationem fratribus exposuisset, ad Dominum euolauit.

## ANNOTATIONES.

**E**xtant multæ illustres historiæ de Iudæis per miracula ad Christum adductis, inter quas est illa de B. Basiliij medico, puerò Iudæo, apud Cedrenum, post sumtam Eucharistiam in ignem connecto & seruato. De Andrea Episcopo Fundano. De Paralytico quē Attic⁹ p. c. è baptismo sāarū eduxit. Soer. l. 7. c. 4. Theoph. 401. Ego hic ex M. S. Chron. Siculo vnicam referam, pretermisis quę leguntur.

Beatus Leontius Antiochiæ in Syria Pontifex, *Anno*  
vir & fide & religione in Christum laudatissimus, *viii. Cons-*  
acerrimusq; veritatis propugnator, Xenodochia *stantini*  
studiosissimè curabat, quibus viros pios, qui pere- *Magni*  
grinorum curam gererent, præfecit. Tunc inter  
hos, tres præ cæteris ardentes pietatis cultores,  
qui negotiorum causa in vicum, ad XVII. millia-  
rium Antiochia distantem (Thracunta nominat)  
vnà profecti, comitem in itinere Iudæum habuere.  
Viæ dux inter pios tres erat Eugenius religiosissi-  
mus. Ergo dum vnà iter faciunt, Eugenius ser-  
monem orsus aggreditur Iudæum, & de fide in  
Deum Dei vnicum filium disputat. Iudæo verò  
omnia [argumenta per ludibrium] eludente, ser-  
pentem

pentem in ipsa via mortuum offendunt, & mor  
 Iudæus ad comites: Si, inquit, hunc anguem de  
 uoraueritis, nihilque inde detrimenti ceperitis,  
 Christianum me profitebor. Extemplo igitur ar  
 reptum Eugenius colubrum in tres diuellit par  
 tes, vnamq; ipse, duas reliqui, spectante Iudæo,  
 absumunt, saluique persistunt. In quibus Euan  
 gelicum illud & salutare oraculum expletum est.  
 Et in manibus suis serpentes tollent; & si morti  
 fetum quid biberint, non illos nocebit. Iudæus  
 cum illis ad Xenodochium reuersus, in eo mansit,  
 Christiq; fidem suscepit.

Marc. Gl.  
 timo.  
 Cap. 176. Retert & Ioannes Euiratus, rem lectione dignā  
 prat. spirit. de Hebræo adolescente arena primum, deinde a  
 qua baptisato. Socratem ad lib. 7. c. 38. de Iudeis  
 cretenticus.

go. Decēb.

S. PHILETÆRVS M.

**D**iocletiano quondā Nicomediam in  
 gresso, de Christiano quodam Phile  
 tæro suggestum est, missisque extemplo  
 satellitibus, eum sibi coram sisti imperat.  
 Cuius solo aspectu mox petculsus est Im  
 perator. Erat enim vir sanctus staturā pro  
 cerā, & singulari oris dignitate, comaque  
 & barba non secūs ac aurum radiabant, vn  
 de & Deum illum non hominem appellauit.  
 Deinde compellans Imperator age, dic  
 nobis, inquit, quæ tibi patria, quod nomen,  
 quæ studia sunt? Et vir sanctus: patria sum  
 Nicomediensis, præfecti filius hominis  
 Chri-